

1. Conring de antiquissimo statu Helmstedii. 1685.
2. Xerxiani Catalogus Episcoporum Halberstedenfium. 1586.
3. Sappham Historia Halberstedenfis. 1675.
4. Seimanni Historia Aramensis. 1708.
5. Antonij Vita Haymonii. Ep: Halberst. 1700.
6. Hecht de Wiemanns Archiep: Magdeburg. 1710.
7. Schmidt iter Hierosol: Henrici Leonis. 1711.
8. Kochi Hanc Epistola de Odabris Ep: Halberst. 1707.
9. Hahnij Diplomata Fundationis Benjensis. 1710.
10. Meyer de clavis Fischeris. 1695.
11. — de Hujorum migrationibus et clavis Lubmenis. 1710.
12. Madery de S. Laurentis et Monast. Chemnicensi. 1688.
13. Meibon de Origine Gentis Heimburgicae. 1683.
14. Melle de Itineribus sacris Lubecensium 1711.

U. P. P.
0020



G. 9. 127.

EPISTOLA
 ad
 REVERENDISSIMUM
 D. GERARDUM
 MOLANUM.

Liberi & Imperialis Monasterii Luccensis Abbatem, Ecclesiarum & totius Cleri in Ducatu Brunswicensi & Lunæburgensi partis Electoralis Hannoveranei Directorem, Consiliarium Ecclesiasticum, & Ararii Provincialis Statuumq; in Ducatu Calenbergensi Primate[m].

Virum longe celeberrimum,

in qua

Ipso verborum tenore expressum continetur:

ODELRICI Episcopi Halberstadtensis Privilegium Archidiacono Kaldenburnensi ejusque Ecclesie Anno M. C. LXXIX. cum terminis & jurisdictione irrogatum, & imperiali autoritate Lotharii III. & Friderici, nec non Reinaldi Episcopi, Wichmanni Comitis, Ottonis & Rodulfi Episcoporum olim confirmatum.

Nunc autem ex antiquissima membrana & remota vetustate e tenebris primum vindicatum, & renatum auspiciis.

RICHARDI von der Hardt
 Auctionat, Regii & Upsalensis.



DE benigno Tuo in me affectu ago ha-
beoque gratias, dabisque veniam ^{ut} ~~quod~~ omni pie-
tate id semper recorder, quod ante biennium Han-
noveram transeunti a TE Reverendissimo
Viro mihi obtigit. Nam omnis generis egregiis libris
instructissimam Tuam Bibliothecam mihi statim patere vole-
bas, quod cum aliàs sciam facere TE solere, tum minime
oblivisci possum quod Perclementium et Illustrium more etiam
dignareris numophylacium Tuum inchtum et inter Germa-
nos facile præstantissimum prolixè inspicere. Colloqueba-
mur tum fortè de Tabulis meis Livonicis, TEque consule-
bam de remedio laboranti Historiæ et Chronologiæ apud istas
gentes convenienti, et specialiter quidem producebam miser as
histo-

RICHARDI DON DER SÄMPT
Auction. in Regii & Universitat.

historiorum nostrorum auctoritates super regimine BARTHOLDI //
Episcopi Livoniensis primorum ex ordine Abbatum vestro- //
rum incliti. Unde nonnisi licet, qua possum humillima reve- //
rentia, celebrare singularem benevolentiam Tuam, qua //
significabas TE omne collaturum, quod ad hujus rei verita- //
tem restaurandam vindicandamq; concernere posset, qua o- //
mnia etiam non longe post ex Actis Archivi Tui Loccni proli- //
xè descripta monumenta Holmiam mittere Tibi benignissime //
visum fuit. Pro quibus Tibi nunc gratias ago habeoq; quas //
possum humiliter ac reverenter maximas. Quicquid jam est, //
quid commodi historia inde sit consecutura, jam dudum labo- //
rari Tibi ostendere et literis perscribere. Quia autem quo //
statu res illæ porro sunt, nulla fortuna hucusq; affulsit, sinere //
nolo, quin præ otii metu, et ingenita mihi erga Te venera- //
tionè grati animi officium præstem, pariter mecum asseram //
ex pergameno vetustissimo monumentum aliquod magna rerum //
scitu dignarum copia refertum. Hoc pervenit ad me inde ex //
beneficio Regiarum apud nos auctiorum, squalet pulvere limo //
et pulve cujusdam bibliopegæ, (sic enim ab inepto ejusmodi ho- //
mine corii loco olim libro circumfutum erat) hinc imperfe- //
ctum subinde et lacunosum, quæ omnia hoc signo spatii - - - //
indicavi. Fides autem ejus deprehendi potest ex illius tem- //
poris characteribus, apicem legibili ductu et flexu magnitu- //
dine et positu, punctis singulis non commatibus aut virgu- //
lis constat tota scriptura, qua periodum absolvit. Diphtongi //
efficti reperiuntur $\overset{\circ}{h} \overset{v}{o} \overset{o}{v} \overset{a}{u}$. Sunt Literæ minuscule omnes //
paucis capitalibus exceptis. (s--st) ubiq; longæ, litera (i) caret sem- //
per suo puncto. Copulativa (et) plus simplici vice in eadem //
linea

linea emergens, semper postrema (&c) est compendiosa. Est
spatium pellis hujus vitulina in longitudinem extensa ulnarum
quatuor cum dimidia, latitudo autem ferè tres ultra partes absol-
vit. Exarata sunt literæ fidiſſimæ memoriæ custodes omnes pares
et æquales artificioſe et æqualiter atramento firmo et perpetuo. Ta-
le est ut ex aliquot linearum accurata ſculptura hic apparet.
Ita integrum exſcribere ut qui viſſem, quando ut volui, non
licuit. Ne autem penitus interiret aut lateret diutius, di-
gnum judicavi ut lucide in curiosas Tuas et negotioſas ma-
nus perveniret. Hanc debitam honoris Tui Reverendiſſime
Domine rationem habeo, ſupplexque venio ad Reverentiæ
Tuæ bonitatem, tam propenſam ſua natura ad benigne faci-
endum omnibus rem literariam et hiftoriam recte tractare cu-
pientibus, ut qua bonitate Bartholdi Tui cænobii olim Abba-
tis diſceſſum ad Episcopatum Rigensem annotare Tibi placuit,
quantaque humanitate allevare iſtam adhuc afflictam chrono-
logiæ fortunam voluisti, porro hanc cauſam Tibi commenda-
tam eſſe ſinas, quippe qui de hoc dubio non poſſum ſpondere ſo-
lum, verum etiam in multis aliis Livonorum anachroniſmīs
et parachroniſmīs abolendis inſigniter reſiſto, omnia a fortu-
na poſtulo, et ſola ſedulitatis conſcientia me ſolor. Hoc beni-
gnum factum ut commodum et optatum mihi, exiguo ſi me
ſpectes cum duriore fortuna luctanti homini, ſic omnibus ve-
ram Livonia hiftoriam et chronologiã olim aliquando ſcire cu-
pientibus, gratum officium futurum erit. Servet TE DEUS O-
ptimus Maximus incolumem, Sereniſſimo ELECTORI, Cæno-
bio Illuſtriſſimo, univerſe denique rei litera-
ria. Holmiſ

M DCC VII. Nonis Martij.

In nomine sancte et nominis trinitatis

obsecro omnia tuae clemencia auxilios

habere stentur in perpetuum.

Quoniam preceptis et apostolicis monitis incitamur. ut pro

omnium ecclesiarum statu, impigro uigilemus affectu, et si quid inuenitur reprehensioni obnoxium, a praesumptionis usurpatione reuocamus, ut per-----s declinemus. Quod igitur falsis praecibus et ad surreptionem non est impetratum, effectui nolumus mancipari, et intemeratum et

b

in-

inuiolatum cunctis decreuimus manere tempori-
bus. Sacra igitur ani----- trisissimus Lo-
tharius tertius romanorum imperator, ex hono-
rificentia excellenciæ suæ kaldenburnensem eccle-
siam specialius respexit oculis misericordiæ, con-
cedendo eiusdem ecclesiæ præposito et fratribus,
ibidem domino et fam----- domino largiente
possint emere bonorum suorum aduocacias, freti
eius auctoritate, emant, uel redimant, et si aliqui
aduocatorum aduocaciæ suæ super bona ipsorum
renunciare uoluerint, potestatem renunciandi et
cedendi eis----- nt dispositionem institutio-
nes aduocaciarum, aduocaciarum dispositionem
ecclesiæ kaldenburnensis, sancto stephano in hal-
uerstat deuotissime optulit, ita tamen, ut nos, no-
strique successores aduocacias nulli porriger-----
----- imperiali benignitate et donatione, iam
dicta

dicta ecclesia perpetuo munere libertatis ex tunc
gaudeat, ut homines ipsius ecclesie nullis mole-
stentur talliis, uel exactionibus. Indulsi etiam
præfata ecclesie, ut si quis beneficio gaud ---
--- ut pro dono eidem donare, possit, et eius
auctoritate in omni regno suo maneant immu-
nes a theloneorum et pedagiorum exactionibus.
Concesit præterea eidem ecclesie excolendi no-
ualia, quæ suo foresto adiacent ----- funda-
tor ecclesie memoratæ cum consensu suorum he-
redum contulit, regali potentia et imperiali ban-
no corroborauit, quæ hic intitulari iussumus, ut
tam præsentibus quam futuris, nostra circa ipsam
ecclesiam innotesc ----- ecclesiam .xii.
mansis dotatam, et pratis, et siluis, et duas ec-
clesias, unam in ozniz, alteram in dufne, quas
præpositus kaldenburnensis, ipso iure quo Magede-

burgensis archiepiscopus porrigere debet, ut
patronus, quia sic a vv----- natis nosci-
tur institutum, cum multa deuotione sepe dictæ ec-
clesiæ contradidit. Insuper dedit in nienborg, et
krauenestorp decem mansos, et dimidium, et ui-
neam. In holdenstede .viii. mansos, et uineam.
In helperle----- destorp .xi. mansos.
In suttthardestorp .ii. mansos. In rouekestorp
.i. mansum. In panekendorp .iii. mansos. In
seburch dimidium mansum, et thoch, id est pi-
scaturam in lacu ibidem adiacenti, eodem iure
quo Magedeburgen----- dine, quam la-
titudine. In roldestorp .i. mansum. In asleue
.i. et dimidium. In lutekendorp dimidium. In
liefdetzestorp, dimidium. In dielnice dimidium.
In Alethorp. .i. In Dusne. xxxii. vii. mansos. In
ludesleue,----- aliis iugeribus, quæ super-
sunt,

sunt, et unum molendinum. In storquiz septem
mansos, et unum geroris. In zoullice. XIII. et
unum geroris. In namelikestorp XXX. II. man-
sos. In hesekestorp dimidium mansum. In
lac - - - - - In Querenuorde dimidium
mansum. In uilla doubeke XI. mansos. In rot-
dorf VIII. mansos et dimidium. In durneuel
IX. mansos. In alio Durneuel I. mansum. In
rodigosdorf I. mansum. In sufelt I. mansum. In
larbun - - - - - gerstede V. mansos. In uuran-
kenhusen II. panstadhel. In ruskezez XII. man-
sos & unum molendinum. In droganiz IIII. man-
sos. In buthene VIII. mansos et unum novale.
In Modelvviz V. mansos. In kozzibut octo - -
- - - Drest I. mansum. Statuit præterea præ-
fatus lotharius romanorum imperator augustus,
ut neminem episcopus aduocatum constituat,

nisi quem præpositus postulaverit, et si is præter
statutum quicquam exegerit, corripatur ter, et
si l----- periali auctoritate aduocata ua-
cet, et præpositus de cetero in causis ecclesiæ,
quem uoluerit mundibordum eligat, nec ille ex
hoc aliquam sibi in aduocia usurpet iusticiam.
Nos igitur hæc statuta et donationes a -----
quæ priuilegiis Domini lotharii imperatoris, et piæ
memoriæ prædecessorum nostrorum, Rein. et O.
et R. disposita sunt, perpetua stabilitate, et sine
aliqua constituimus refragacione seruari, et no-
stris succesforibus iniungi----- ut quæ ad ho-
norem domini et sancti Johannis apostoli et euan-
gelistæ ab inuictissimo romanorum imperatore lo-
thario, et a comite VVichmanno, etReinnardo,
et Ottone et Rodulfo, ad perpetuam sunt ordi-
nata salutem et utili----- religiosæ conuersa-
tio-

tionis sunt instituta, nulla cominutacione nisi in
melius finant uariari, ut et ipsi tandem nobiscum
ad quietem perpetuam peruenire mereantur. Non
igitur nouum aliquid præfenti sancire----- olim
uidentur indulta banno nostro firmamus, et iu-
risdicionem per archidiaconatum intra fines kal-
denburnensis ecclesiæ constitutum, qui limitatus
est per aquas in quibusdam terminis, ut in vvip-
pere----- Lina, In vnstrot, in vvangen.
In vvillerbeke, et in uillis, ut in fouea vvale
husen. In horenberch. In Vphusen. in vviden-
beke. In kukenburch. præfatæ ecclesiæ stabili-
mus, eo iure quo ab ante----- halberstaden-
sis capituli assensu collatus esse dinoscitur, eo ad-
dito ut baptismales ecclesiæ propter capellas forte
de nouo fundandas, in terminis suis nullam pa-
ciantur diminucionem, nisi rationabiliter et---

et kaldenburnensis præpositi et plebanorum con-
sensu excipiantur. Et ne in posterum in ecclesia
halberstadensi controuersia possit oriri super sta-
tutis felicitis memoriæ Bvrchardi halberstadensis an-
tistitis- - - - - diffiniuimus, ut tantum de bap-
tismalibus ecclesiis, ad luminaria concinnanda, in fe-
sto lucæ euanglistæ, custodi maioris ecclesiæ, o-
mni occasione semota duos nummos, de qua-
libet par- - - - - ut cui ipse iniunxerit, repre-
sentet. Si autem sacerdotes habuerint capel-
las dotatas, siue sint exemptæ a parochiali eccle-
sia, siue non, et secundum statuta ipsius piissimi
Burchardi, habeant- - - - - mata, ad capellas per-
tinentia, de ipsis ingeribus, duos annuatim persol-
uet denarios. Statuimus preterea, ut per totum
archidiaconatum kaldenburnensem, de qualibet
plena decima- - - - - a decimatore exhibeantur,
una

una ^{scoc} sexagena tritici , et una ^{scoc} sexagena auenæ ,
et unus angnellus , et unus porcellus , et unus an-
fer , et duo pulli , et ad tollendam omnem tergi
----- una uilla duo decimatores fuerint, nul-
lus eorum per alium a decimatione absoluitur ,
sed uterq; plene eam persoluet, et decimator dum
primo assumitur ad decimationem iurabit super p
----- nulli aliquam faciat iniuriam , nec pro
odio uel amore, uel timore, perfidiæ dolum de-
cimationibus immisceat. eo autem anno ratione
sui officii urnam mellis dabit archidiano , uel
summam ----- de nouo set ex antiqua con-
suetudine sunt instituta. Item cum turpe sit et in-
honestum , emere uel uendere quod annexum est
spiritali , tamen quia ius patronatus, partim est
temporale, et partim spiritalis ----- spiritalibus
forçantur potestatem, set tantum temporalium di-
d spo-

spofitionem habeant, ad redimendas uexationes, et
feruitutes, retentas a primis fundatoribus, quarum
occasione ^{walde} oppido clericis sunt infel----- in noſtra
dioceſi eccleſias a laicis detentas, eximere, et
de ſuo collegio eis in perpetuum prouidere, cum
plus iuris habeat in inſtitutione prelatuſ, quam in
preſentacione patronuſ, et eadem auctoritate--
---- detentas redimat, et ad prebendam fratrum
ſuorum redigat, plenam q̄: ipſi poteſtatem ligandi
et ſoluendi, et exequendi uiſitationis officium
ad reformationem clericorum, et preſidendi ſy-
nod----- in eccleſiis, non generali interdico,
quod nobis reſeruauimus, ſet ſpeciali, et ea rela-
xandi, et inhibendi ſepulturam mortuorum et ce-
tera eccleſiaſtica ſacramenta, ſi culpæ qualitas po-
ſtulauerit, ei uice noſtra per----- cymiteria
reconciliandi, et percipiendi ſinodalia, ipſi con-
ce-

cedimus. Nouerint etiam omnes fideles, quod mulier nobilis, de Judelburch, Mechtildis, partem predii sui, quod situm est prope locum, VVimecheburch----- sensu, precipue Gothescalci, filii sui, et Gerburgæ filiaë suæ, ecclesie in kaldenborne contulit, pro quo ob concambium, unum mansum in nemelikestorp, cum silua quæ dicitur eichenberch, eiusdem ecclesie præposito ----- uersaliter consencientibus, recepit. Verum licet harum heredum, et episcopi Rodolfi, et marchionis adalberti, ipsius loci aduocati consensu, satis firmata sint, ut solidius tamen roboretur, banno nostro commu----- cambium quod fridericus imperator cum Bernardo // præposito, et fratribus ecclesie kaldenburnensis fecit, recipiendo ab eis redditus bonorum ad uiginti .v. talenta, in pago Orla, et dando eis
d2 red-

redditus .xx. t----- de sex mansis litionum, ^{i. lazze}
iii. talenta, et tres solidos. De noualibus .vi. ta-
lenta, et .vii. solidos, in Varrenstede, de uno li-
tonis manso, et de uno flauī manso, et de aliis
mansis famul----- stede, de duobus mansis
litionum, et de mansis famulorum qui vocantur
hygen, .v. talenta, et .x. solidos, auctoritate no-
stra corroboramus. Concesit etiam idem fride-
ricus imperator, ecclesiæ præfatae, u----- bo-
na quæ sunt in VVinkele, in varrenstede, in
VVulferstede, et quod plus est, super omnia bo-
na ecclesiæ, possint emere, maiestatis eius poten-
cia, et suæ donationis imperiali clementia, emant
----- lotharius imperator eis indulsit, et ser-
uanda instituit, ut plene superius disseruimus, et
ut in eiusdem lotharii priuilegio continetur, ipse
confirmauit, et omnibus assensum----- cu-
ius

ius consensu, præscriptus concambii contractus,
consummatus est, has donationes et commuta-
ciones episcopali banno firmamus. Decernimus
quoq; ut quicquid præfatæ ecclesiæ fratres, de-
run----- degerint, siue quod in concambi-
um receperint, siue alii fideles eis contulerint,
cum decimis eorundem noualium, quæ nunc et
in futurum, inde prouenire potuerint, ipsorum
iuris sit. Uniue----- VVichmanno,
siue a quibusq; fidelibus eidem loco tam in
iugeribus quam in uillis, in siluis, in pratis,
in uineis, in molendinis, cum ceteris com-
moditatibus, iusto iure collata sunt, seu in
posterum conferri----- petri et pauli, ali-
orum quoq; sacrorum patrum, uidelicet,
romanorum pontificum, kalixti, honorii, In-
nocentii, Evgenii, prædecessorum quoq; no-
e stro-

strorum piæ memoriæ Reinhardi, Ottonis, Rod-
ulfi, halberstadensium anti - - - - - ta sunt.
ego Odelricus diuina fauente misericordia hal-
berstadensis episcopus, quatinus inconuulsa et il-
libata permaneant, præsentis paginæ scripto sub
anathemate corroborauì, meo quoq; sigillo - -
- - - - - tenore cognito, temerarie infringere tem-
ptauerit hoc et semel, et secundo, tercioue com-
monitus, non resipuerit, beatæ dei genetricis,
et virginis Mariæ, et sanctorum apostolorum
petri et pauli, et sancti Johannis apostoli, et
- - - - - sanctorum digna ulcione plectatur,
et perpetua excommunicatione dampnetur, et
cum impiis qui non resurgunt in iudicio
deputetur, Amen. Hujus rei testes sunt, Mar-
tinus maioris domus præpositus, Erpo de-
canus, C - - - - - hinricus scolasticus,
Rod-

Rodolfus uice dominus, fridericus, Marquardus canonici, Segebo abbas hilsenebergensis, Echbertus husbergensis, Burchardus vvimethebergensis, Adalbertus conradesbergensis, VVulevvinus in Sychem abbates. B-----
--ricorum quoq, ordine, Burchardus et filius eius burchardus de ualkenstein, Burchardus de querenuorde, Eficus de Burnenstede, Eino de Meringe, bruno de hakeborne, et alii quam plurimi ----- III. idus. Ivnii. Anno. incarnationis. dominicæ. M. C. LXX. nono. In dictione. xiii. ^wset prius facta fuerant quædam de his, Anno Incarnationis dominicæ. M. C. L. I. in dictione. xiiii. ^wcoram ----- ciam sedis apostoli -----
e 3 Ani

Animadversiones quædam ad verba aliquot obscura ordine alphabetico ex antiquis Chronicis præsertim

GLOSSARIO CAROLI du FRESNE DESUMPTÆ.

ADVOCATI. Sunt Ecclesiarum defensores. Statutum fuit a summis Pontificibus & Principibus, ut Episcopi Abbates Ecclesiæ aduocatos siue defensores bonos haberent, in concilio Romano sub Eugen: II. PP. Atq; hi quidem non una Aduocati appellatione, sed ex variis sibi injunctis muneribus diuersis etiam subinde nominibus donati leguntur. Nam et Defensores passim nuncupati, quod ad defensionem et Ecclesiarum tuitionem deligerentur. Deinde quod Ecclesiarum causas agerent et curarent Causidici interdum nominati, et munburdi, Tutores et Actores, Pastores Laici, Pastores Ecclesiastici. Ejusmodi Ecclesiarum Aduocati ex ordine erant scholasticorum i. e. Aduocatorum, qui in actu erant uel munere defensionis causarum, qui etiam Oeconomi appellabantur, cum rerum et facultatum Ecclesiasticarum iis cura incumberet, atq; inde Defensorum Laicorum origo manauit, cum aliis Clerici laicorum fora terrere et litibus causisq; uacare uetarentur. Postmodum verò id munii attributum non uiris scholasticis sed militariibus ac potentioribus. Ita Ecclesia Romana Longobardorum bellis oppressa, Reges Franciæ et Imperatores occidentales sibi in Aduocatos delegit. Eligebantur autem in præsentia Comitum ab ipsi Episcopis et Abbatibus ut est in Lege Longobardorum L. II. T. 47. §. 1. 2. 4. 7. cujus moris extat diploma apud Ughellum in Italia S. Tomo VII. l. 149. quæ quidem sibi Aduocatos deligendi facultas Ecclesiis indulta a Regibus et Principibus passim legitur in veteribus Tabulis cum hac formula, quæ habetur in charta Caroli R. pro Frotario ArchiEp. Burdegalensi et Ecclesiæ S. Juliani in Comitatu Brivatensi in 1. Vol: Memorialis Cameræ comput. Parisiens: fol. 39. *Liceat eis qualemcumq; sibi sua sponte elegerint aduocatum habere, ipsunq; aduocatum nemo præsumat temerario usu distringere, sed nostro eorum Comiti Pallatii res jam prælibati martyris &c.* Interdum petebantur Advocati ab ipso Rege seu Principe, vel ab ipso ultro da-

dabantur, vel deniq; ab ipsis Episcopis, interdum a summo Pontifice, saepe deniq; Ecclesiarum fundatores ipsi eorum advocatiam sibi et posteris reseruabant, imprimis etiam observandum quod in Capitulis ex Lege Salica et Gumbata C. xiv. cavetur, ut Advocati habeant in illo Comitatu, in quo sunt Ecclesiae, propriam hereditatem. Ad hoc igitur Advocatos habere iussi sunt Episcopi Abbates et Sacerdotes, qui cum ad secularia placita adire uetarentur, si quid querere aut in iure respondere necesse haberent, id per Advocatos facere possent. Deinde cum Legibus cautum sit ut nemo Clericorum jurare praesumat, et in prima litis contestatione iurandum calumniae omnes principales personae subire teneantur, ut hoc officium Advocatis suis delegare possint. Intereant igitur Comitum placitis et ut Patroni Ecclesiarum suarum iura tuebantur. In distractionibus ac alienationibus rerum Ecclesiasticarum requirebatur eorum consensus si donationes aut restitutiones fierent Ecclesiis, eas illi ratas habebant, eorumq; deniq; consiliis Abbates utebantur in majoris momenti negotiis. Deniq; iudicia exercebant, jusq; dixerunt Ecclesiarum suarum Vasallis tres in anno, quemadmodum Comites placita sua seu malla tenebant. Ne porro gratis placita ista tenere uiderentur Advocati, concessa iis est, ex recepto usu tertia pars bannorum seu multarum, quae in reos et iniuste litigantes decernebantur, ita tamen ut nihil praeterea exinde possent exigere. Cum partes duae aliae in usus Ecclesiae cederent. Quae quidem tertia bannorum pars iudicum semper fuit in multis iudiciariis. Tenebantur praeterea Ecclesiarum Praefules, dum haec obirentur placita, Advocatis et eorum famulis certa ac definita praebere cibaria. Sed advocati leuioribus ejusmodi commodis ac emolumentis non contenti, alia in super iura in Ecclesiarum praediis non sibi duntaxat asseruere, sed ipsa interdum usurpavere praedia. Tantaq; earum fuit prauitas, rapacitas ac tyrannis ut saepe a Principibus amoverentur iisq; substituerentur alii. Ut igitur coercerentur istiusmodi advocatorum exactiones et usurpationes, summi Pontifices et Principes curam identidem adhibuere, et ut intra suos limites munus sibi impositum exercerent, iuraq; sibi debita et legibus definita perciperent non semel statuere. Inde etiam prouisum est a Principibus ut ratae haberentur advocatorum praestationes, quae legitima advocatorum iura dicuntur. Interdum advocato-

rum stipendia pro libitu Abbatum erant, quorum erat ea definire. Postquam autem Rerumpubl. status eo devenit, ut cuilibet sua jura armis et bello prosequi et tueri liceret, Episcopi Abbates et cœteri Ecclesiarum Præsules, quibus arma ferre in conciliis toties interdictum est, non jam advocatis qui res suas in placitis ac mallis defenderent et tutarentur opus habuere, sed militibus ac proceribus qui suos in prelium vasallos possent educere. Atq; ut Advocatos suos vel proceres, quos ad sui tutelam adsciscabant, magis sibi devincirent ac obstringerent, bonorum Ecclesiarum suarum partem aliquam iis indulgere, qui in clientelari jure ab ipsis Ecclesiis in feudum possiderent. Et hac ratione saltem tanquam Ecclesiarum Vasalli eorum bellis interesse tenerentur, et Ecclesiarum Vexilla in propriis Ecclesiarum bellis deferrent. Interdum Advocati ipsi advocationes suas aliis in beneficium seu in feudum dabant, vel quod potioris longe dignitatis essent, ut Ecclesiarum et Monasteriorum expeditionibus possent interesse, ut sunt Reges ac Principes, vel ut Bellis suis ac publicis negotiis ita distinerentur ut alienis vacare fas iis non esset. Verum causa præcipua cur Ecclesiarum advocationes in aliis ab Advocatis transfererentur, ea fuit, quod plerumq; ex Ecclesiæ prædiis, quædam essent in longinquis regionibus a fidelibus identidem indulta, quæ Advocati, Viri licet potentes ac proceres, tueri non poterant, quod ab iis procul abessent. Vel etiam quod in principum exterorum dominiis jacerent. Ex quo accidit, ut tot ferè essent Advocati, quot majora Ecclesiarum prædia, qui SubAdvocati dicti, ac abrogati tandem in Concilio Remensi 1148 C. vi. confer Conringium de Imperii Germanici Repl. editio: Ebrodunensem p. 248. seq.

ADVOCATUS, Patronus cui ius competit præsentandi ordinario ad beneficium vacans. Cum enim sæpe Monasteriorum fundatores Advocaciam sibi et posteris reservarent, inde manavit postmodum jus Patronorum, quod Advocatos alii vocant, qui jus habent præsentandi ordinario ad beneficium vacans. *Kastenvögte / Edelvögte / Schirmherrn / Vice-Domini, Biskumbe. maibomius Chron. Marienthal. p. 7. 8.*

ADVOCATURA idem quod Advocatio, Tutela, Protectio.

ALETHORP.

ANATHEMATE Episcopali corroborare.

ARCHIDIACONATUS,

A-

ASLEUE. Cyr. Spangenberg in Chronico Mansfeldensi p. 271. meminit Stadt Adesleven. forsā est idem.

BANNUS. Variis modis Imperatores constitutionibus suis loquuntur de Imperiali banno. Bannus Domini imperatoris vel Regis, quem per semetipsum consuetus est bannire, i. e. de mundeburgio Ecclesiarum viduarum orphanorum in Capitulari VII. Caroli M. Ao. DCCC. III. C. I. Formula fuit, ut mitterent aliquem cum uno fusti in manus suas.

BAPTISMALIS ECCLESIA. Plebalis, Parochialis, quas plebes appellant. Gloss. P. I. p. 470. et Parte III. p. 308. Sidonius Lib. IV. Ep. 15. Ughellus in Episcopis Aretinis in vita S. Auiti Episcopi Viennensis. N. V. Archipresbyterum habeat. Hosp: de templis p. 93. Non licet publicum baptisterium in parochia aliqua habere, nisi ubi Episcopus constituerit, cuius parochiæ sit, decretum fuit in synodo apud Pallatium Vernis habita sub Pipino Francor. Rege Ao. Dom. DCCLV. Cap. VII.

BERNARDUS Præpositus kaldenburnensis.

BURCHARDUS. Fuit Comes Baviaræ XI. Episcop. Halberst. vide Chron. Joh. Gualterij. Hic citantur ejus statuta.

BURNENSTEDE. Esicus Comes (de.)

BUTHENE.

CAPELLA. Quævis ædiculæ S. Oratoria quæ proprios sacerdotes non habebant, seu ædes sacræ quæ non erant baptismales. Iohannes de Janua in Capella: Parva Ecclesia quæ non habet baptismum nec cimiterium. Du Fresne p. 783.

CONRADSBURGENSIS. Abbas Adalbertus. Iohannes Crecelius qui sub *Assenburgicis Ecclesiastes fuit in collectaneis ex historiis de Origine et fundatione omnium fere monasticorum ordinum, fundatione et donatione Cathedralium ac collegiatarum Ecclesiarum &c.* p. 139. ex nobilium Assenburgicorum Archivis, à præcipuo fundatore seu donatore Conrado ab Assenburg, cœnobium Conradsburg appellatum scribit, distat non adeo multum ultra milliaria ab eorum hæreditaria arce Falkenstein P. Langius in Chronico Citizenensi ex Bibli. Pistorij p. 791. ad Ann. M. C. XCIII. Nobile et celeberrimum sanctimonialium Ordinis sancti Benedicti Monasterium Conradsburg in monte juxta Hattonem situm non longe ab Ascania, nostra memoria ab ordine leui ex causa funditus deperiit, quod vetustate et inhabitantium incuria et negligentia, vel potius insolentia collapsum et depauperatum, adeo quidem ut vix quotidianum Fratres habere victum poterant. &c. &c. CON-

COMES. Citantur hic Comites: Wichmannus, Burchardus de Quereuorde, de Falkenstein. Alius Burchardus. Eficus. Bruno de Hakeborne. Eino de Meringe. Conringius *inquit*: Francorum tempestate omnis urbs omnisq; vicus jura a Comitibus aut Legatis Regiis acceperunt. Et quidem Duces si qui fuerunt Comitum illa potestate sunt usi. Neq; enim Ducis aut Comitum ut hodie alicujus familiae siue dignitatis sed officij olim nomen fuit, ut nunc alicquem Marschallum aut judicem provincialem appellamus. Magna autem potestate Comites illi praediti fuere, quippe cum nomine Imperatoris et Imperii jus belli ac pacis habuerint, et flagitante in aciem ciues eduxerint, adeoq; ipsum Imperatorem in urbibus repraesentarint. Edidit superiori anno Upsalis Nobilis is Perman diatriben de dignitate Comitiva praecipue jarlorum et Comitum apud Suecos, quod scriptum legi meretur.

CUSTOS majoris Ecclesiae.

CONCAMBUM. Vocabulum vetus Francorum. h. e. Mutatio. Lazius migr. Gent. p. 59. Capitul: Caroli c. tit. xxxi. Odo de Diogolo L. iv. de professione Ludouici in Orientem. Vitriacus in Historia Orientali C. LXXIII.

DENARIUS.

DIELNIZE

DROGANIZ

DREST

DUBEKE uilla

DURNEFELT

DURNEFELT, aliud durnefelt.

DUFNE Ecclesia. aliud Dufne.

EUGENIUS, P.P.

FAMULI. Sunt Ecclesiae foedales Vasalli. vide chartam Mauritij de bella Villa domus de Ganasche Ao M. CC. LXV. du Fresne p. 359. Manfit nomen famulorum hoc seculo illis, qui non migrarant in urbem ex veterum instituto. confer de Servis hominibus propriis et famulis eorumq; conditione et jure trium clarissimorum jure consultorum tractatus à Joh. Ott. Tabore in unum vol; coll. et Giffæ. 1663. recufos.

FORESTUM. Maximi momenti jus in suis nemoribus et territoriis, quod iis frui nulli liceat, nisi quibus usagij aut aliud ejusmodi competit.

FRA-

FRATRES. nunc Canonici.
FRIDERICUS. Barbarossa Imperator. Malleus Italiae. Alexandrum P.P.
fugavit, Romamq; coëpit.
FRIDERICUS canonicus Halberstad.

GERORA

HALBERSTADIA et HALVERSTADIA. Halberstadia inquirunt reliqui cum
Maibomio quasi Alberti Urbs antiquissima, quod arguit statua Ro-
landi hic A:o Christi dccix collocata. Incolæ olim Gothi aut Lon-
gobardi fuerunt. Brietius Geographia Parallela vet. et noua To-
mo. II. p. 136. Episcopatus hic ex Ostro - Wiko olim Salingtetum.
Ostro-wik ad fluuium illsam olim Episcopalis sedes nunc in Bur-
gum degeneravit. Hoc loco Halverstad antiquo more Sueo-Gothorum
scriptum videtur quasi HalverStaden.

HAKEBORNE (Bruno de) COMES

HESEKESTORP.

HELPERLE. cum vinea.

HILSENEBERGENSIS SEGEBE. (Abbas.)

HINRICUS scholasticus Halberst.

HOLDENSTEDE cum VINEA.

HONORIUS. P. P.

HORENBERCH *conf.* Mansfeldsche Chronica p. 299.

HUSEBERGENSIS EGBERTUS ABBAS.

INNOCENTIUS. P. P.

JUDEBORG, MECHTILDIS Nobilis mulier de Judelborg.

JUGERA.

KALDENBORNENSIS Ecclesia. Hieron. Dicelius in der Reichs Geogra-
phia Leipzig. A:o 1697. 8t. in Nieder Sächsischen Kraise p. 897.
Kaldenbornen / ein ansehnlich benedictiner Kloster / im Fürstenthumb hal-
berstadt / so umbß jahr 1197 bischoff Gardolphus oder Bartholdus zu
Halberstat / entweder gestiftet oder erneuert und begabet hat / der auch
alda Anno 1202 gestorben. P. Gab. Bucelinus p. 2. Germ. 5. fol. 50.

KALIXTUS. P. P.

KOZZIBUT.

KRAUENESTORP.

KUKENBURCH. In der Quersfurtischen Chronica. Cyriaci Spangenh.
p. 440. wied der Münchhof zu Kuckenburg citirt.

LACUS.

LARBUN.

LIEFDEZESTORP

LIDUS. Litus. Ledus. Ascriptitius Proprius servus glebæ. Glossar. Interliniaris Legis salicæ. Litus ficalinus vel sanctuarius, i. e. qui in publicis priuatis aut Ecclesiarum Fiscis seu Prædiis degit. Lex Longobardorum Libro III. Tit. XX. vide Papinianum lib. Respbl. tit. 46. De distinctione Litonum a seruis. conf. Glossarium du Fresnoy p. 315. Alb. Stadenf. Ao. Dcccxcvii. Krantz. in Metrop. Lib. III. C. ix et in Chartis Germ. in Chronico Episc. Mindens. p. 737-739. 741. et Conring. in Republ. Imperij. Rom. Germ. ed. Ebrodun. p. 67.

LINA.

LOTHARIUS. Saxo 1125 in Italiam cum Exercitu progressus. PP. Innocentium ejectum restituit Rex venit ante fores jurans prius Urbis honores Post Homo (Vasallus) fit Papæ. sumit quo dante Coronam conf. Pauli Langi Mo. Chronic. Citizense ex Biblioth. pistoriæ. 771. D. Jacobus Stintius orationem insignem conscripsit de laudibus Imperat. Lotharij Saxonis, quæ altera parte auctior et locupletior recusa Hamburgi. 1599 Hic citatur ejus privilegium.

LUMINARIA. concinnanda in festo Luca Evangelista.

LÜDESLEUE.

LUTEKENSTORP.

MARCHIO. Adalbertus in Nemelikestorp advocatus.

MARQUARDUS. Canonicus Halberstadenfis.

MANSUM est certum prædium seu ager dimensus xii. jugera continens sic ut quoties mansum nominamus intelligimus xi. jugera. Acta Murenfis Monasterii p. 45. cum debent arare, cum virga metitur eis qua et mansi solent metiri. Vetus charta ap' Perardum in Burgundicis p. 143. Ipse mansus habet terminationes et habet in longo perticas agripennales xvi. et pedes III. et in lato perticas V. infra istas terminationes vel perticationes. vide Glossar. p. 398. Et Tractatum de Agrorum Conditionibus et Constitutionibus limitum variorum auctorum in Q. Paris. 1554. Otto Sperling in Notis ad Testam. Archiepisc. Lundenfis ex Mnssis. erutum, p. 146. perperam Germani een hoye / een hoye Landes ager qui unam familiam juxta habitantem alere potest inde Hoba et Huba apud aliquos historicos, qui originem vocis veram non attenderunt, nec recte germani superiores efferunt eine huffe Landes debet enim esse ein

ein hoff Landeß / cum sit hoffstete / locus ubi habitant, qui agrum
conjacentem colunt. Curia igitur ē cū sola domus attenditur,
mansus autem cum ager et domus simul intelliguntur. Ille e-
nim ager mansus ē, qui curiam junctam habet, ut ibi manere
possint Domini et Coloni. Hoc loco nominantur varii mansi,
alij enim sunt Litonum mansi, alii flavi mansi, alii famulo-
rum mansi, deniq; mansi aliorum famulorum qui vocantur
hygen.

MECHTILDIS nobilis mulier de judelboreh.

Martinus major domus præpositus.

MERINGE Eino Comes (de)

MODELWIZ.

MOLENDINUM.

MUNDBURDIUM et Mandiburdium idem quod Tutela Defensio seu
Tuitio. ut constat ex Formula quadam apud Marculphum in
formulari. Confer Pithoëi Glossarium verb: Miss. S. Petri. et Be-
fold. Thesaur. pract. p. 457. 648. Du Fresne P. II. Glossa. p. 696.

NAMELIKESTORP cum villa Eichenberg.

NIENBORG.

NOVALE. Terra aratro præcisā ante aut superiori anno versa et
cultā. Varie inquit Glossator du Fresne P. II. p. 750. hæc vox
accipitur: Interdum enim pro terra procisā, quæ omnino ces-
sat, interdum pro agro qui de novo ad cultum redigitur. No-
vales decimæ non spectant ad eos, qui sibi jus decimæ adscri-
bunt ab antiquo, sed superiori magistratui competit, et quamquam
ab initio omnes decimæ novales erant, sicq; nullæ non ad loco-
rum Dominos pertinebant. p. 662. conf. Petri Rebuffi tractatum
de Decimis feudalibus et novalibus. in 8t. Antw. 1615.

NUMUS.

ODELRICUS. Joh. Gualterius in Chronico Chronicorum Eccle-
siastico Ffr. 1614 in 8t. p. 1079 Udalricus ex præposito Ecclesie
ad D. Virginem Episcopus creatur Ao. Domini M. C. XLIX. præ-
fuit turbulentissimis temporibus Annis XXXIII. Obiit animi moe-
rore in Coënobio Hugshofensi 30. Julii Ao. Dom. M. C. LXXXII.
ubi terræ etiam mandatus est. Gessit bellum calamitosissimum
cum Duce Brunswicensi Henrico Leone, a quo ipse victus et
captus Urbs verò Halberstadenfis incensa tota et deflagrata,
cujus cum totus clerus et populus in summum templum fugis-
set,

set, sperans id futurum tutum refugium, etiam id ipsum ignibus correptum, cum omnibus civibus et sacerdotibus incomparabili clade et calamitate conflagravit et in cineres redactum est. Hanc immensam calamitatem versu adonico descriptam perhibet Gualterius. conf. plura apud Alb. Krantz in Saxonia. it. Additiones ad Lamb. Schafneburg. apud Pistorium p. 256. 20. Henricus Dux Saxoniae et Bavariae Halberstadensem civitatem civibus in diversa fugatis oppugnando cepit, cunctaq; ejus loci aedificia cum ipsa matrice Ecclesia Christi honori aedificata, reliquisq; Ecclesius voraci flamma consumpsit. In quibus homines qui pro locorum tuitione intus confugerant, plus quam (ut dicitur) 800. promiscui sexus & aetatis nec non ordinis flebiliter incendio periere, captosq; ejus loci Episcopo utpote totius injuria suae incensore, discessit.

OPPIDUM Walde

OTTO Episcopus. Halberstad.

ORLA Pagus.

OZNIZ Ecclesia.

PANEKENDORP.

PANSTADHEL. Eine Salspflanze in Franckenhausen.

PEDAGIUM ex gallico Peage. Dicuntur quae dantur a transeuntibus in locum constitutum a Principe. Utuntur vocabulo Pedagogij passim scriptores aevi medii vid. Glossarium.

PLEBANUS.

PRIVILEGIUM. In tergo hujus membranae recentiori licet manu sequentia habentur: Privilegium jurisdictionis et terminus ejus, et Confirmationes donationum Reinaldi Episcopi, Wichmanni Comitis, Otthonis et Rudolphi Episcoporum, et de jure quod dabant decimationibus et de Confirmationibus eorum. Decimas a Laicis posse comparare, et similia Ecclesias a laicis ad praebendas Fratrum redigere, Visitationes facere, Praesidere in Synodis, inter homines sepe sepe sepulturas inhibere, si culpa sic concedit. Commutatio tamen aequa Episcopo in hac concessa -- ac concilia recipere -- in Ecclesiis. cetera non possunt legi.

PRÆBENDÆ dictae cibi ac potus rationes diurnae et beneficia, unde vestitutum habere possunt quae Monachis Canonicis aliisque quibusvis dantur. Ipsa praedia Ecclesiae dividuntur in portiones, quas praebendas appellarunt.

PRÆ-

PRÆPOSITUS. Ejus munus describitur ab Ebbone Remensi Archiepiscopo in indiculo de ministris edito a Colvenerio post Floardum in concilio Aquisgranensi c. LXXXIX. et apud Chrodangam in regula canonica. C. XLVI. Fragmentum historicum editum à Mabillonio Tomo. I. analect: de concilio Aquisgr: sub Ludovico Pio. et du Fresne. P. III. Gloss: p. 386.

QUERENUORDE. Burchardus de Querenuorde .III. ex stirpe Comitum ad Herciniam ex qua natus Lotharius. II. Imperator. Hic salutatur primus Burggravius Magdeburgensis ex stemmate Querfurtensi.

RAUEKESTORP cum vinea.

REINALDUS Episcopus Halberstadenfis

ROLDESTORP.

RODIGOSDORF. In Chronico Querfurtensi Cyriaci Spangenberg. das Hyster Rodardesdorff [*forfan hoc*] translatum dicitur ad Helpede.

ROTDORF

RUDOLFUS Episcopus Halberstadenfis.

RUDOLFUS Vice Dominus Halberstadenfis.

RUSKEZEZ

SEBURCH ad Lacum. Maderus in diplomatibus Domus Brunswicensis citat Seborg p. 107. Ao. 1287 Burchardus Burggrav emit hanc domum a Conrado Comite Werningerodensi. Spangenberg Querfurter Chronica p. 304. Ao. 1488 Mansfeldensibus paruit. ibid. 441.

SEXAGENA. Scop avenæ, tritici.

SICHEM Wulevvinus Abbas.

SOLIDUS.

SANCTUS STEPHANUS in Halberstad

STORQUIZ

SUFELT

SUITTHARDESTORP

TALLIA Barbarum prorsus vocabulum, collectarum et exactionum genus denotat. Pontificum interpretes hoc utuntur. Du Fresne. p. 1059.

TALENTA vel marca in jure Saxonico idem. Glossar. C. XXVI. §. I. vide Covarruviam de veterum numismatum collatione. C. III. Perhibetur ante Philipp. pulchrum Regem. i. e. Ante annū 1300 monetarias fabricas non publice extitisse. Speculum monetale Tilemanni Frisij Libro. IV. Cap. XVI. Carolus Lundius in Notis

ad Leg: Upland: et Westro-Gothicam Upsalis 1700 in folio p. 135.
136. De numis, solidis, marca pecuniæ signata et numerata, et
marca ponderata prolixissime conferendus. Nec non Otto Sper-
ling in Notis ad Absolonis Archiepiscopi Lundensis Testamen-
tum. 1696. Hauniæ p. 55. Marcarum, inquit, nomen Danicum
est, et ex septentrione primum ad omnes qui marcis vel usi
sunt vel hætenus utuntur, pervenisse.

VALKENSTEIN. Burchardus parens et filius ex clericorū ordine Comites.

VILLA

VNSTROT. Fluvius.

VPHUSEN.

URNA mellis

VARRENSTEDE. Ein Furwert cit: Querf: Chronicon. p. 423. 411.

WALEHUSEN fovea.

WANGEN.

WALDE oppidum.

WICHMAN Comes. Fundator Ecclesiæ Kaldenbornensis.

WIDENBEKE.

WILLERBEKE.

WINKELE. Herrn Gunther von Gusou Furwert. igne deletum 1486. a-
liud Winkle in Rhingraua vide apud Nicol. Serrarium in re-
bus Moguntiacis L. IV. p. 646.

WIMETCHEBURCH. Prædium Nobilis mulieris de Judelborg.

WIMETCHEBERGENSIS. Burchardus Abbas.

WIPPERE

WULFERSTEDE

WULEWINUS. Abbas in Sychem

UURANKENHUSEN. hodie Franckenhausen. In Ottonis Magni donatione
Monasterio Poledano in Ducatu Brunswicensi apud Maderum. p. 110.
fit mentio unius mansi et duarum patellarum in Frankenhufen.
Hic duarum panstadel Galtspfaunen

ZOULICE.

*Nimis longum esset B. L. qualescunq; has annotationes hic latius exscribere, aut dis-
ficiles nodos desperata loca et distorta verba prolixius tractare, quia autem nobis
videre plane non contigit eorum aliquem scriptorum Halberstadenfium, qui in
Bibliotheca germanica varij citantur, et à nobis summa cupiditate expetiti fuerunt,
ideo iustè nos excusabis donec hæ res melius eunt.*


* * * * *


AB: 97685

X 2205398

V. 17

V. 17





EPISTOLA
ad
REVERENDISSIMUM
D. GERARDUM
MOLANUM.

Liberi & Imperialis Monasterii Luccensis Abbatem, Ecclesiarum & totius Cleri in Ducatu Brunswicensi & Lunæburgensi partis Electoralis Hannoveranei Directorem, Confiliarium Ecclesiasticum, & Ararii Provincialis Statuumq; in Ducatu Calenbergensi Primatem.

Virum longe celeberrimum!

in qua

Ipso verborum tenore expressum continetur:

ODELRICI Episcopi Halberstadenfis Privilegium Archidiacono Kaldenburnensi ejusque Ecclesie Anno M. C. LXXIX. cum terminis & jurisdictione irrogatum, & imperiali autoritate Lotharii III. & Friderici, nec non Reinaldi Episcopi, Wichmanni Comitis, Ottonis & Rodulfi Episcoporum olim confirmatum.

Nunc autem ex antiquissima membrana & remota vetustate e tenebris primum vindicatum, & renatum auspiciis.

RICHARDI von der Harde
Auctionat, Regii & Upsalensis.